FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

F. IOAN. DVNS || SCOTI, || DOCTORIS SVBTILIS, || ORDINIS MINORVM, || Theologorum omnium || PRINCIPIS, || Disputationes Collationales. || Nuperrime à ...

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISPVTAT. XIII.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150343

Visual Library

ſed determinabile per modos, Deus autem non eſt determinabilis. ergo magis eſt indeterminatus. ¶ Item ponatur ꝙ aliqs habeat conceptum iuſti in cōi, & nondum inueſtigatū, & occurrat ſibi an hæc actio ſit juſta per applicationem ad ipſum iuſtū. ergo ipſum iuſtum includitur in conceptu iuſti in communi, minor patet per Aug. 6. de trinitate, quærit an actus ſit perfectior & applicat ad ipſum pulchrum, ideſt Deum qni eſt pulcher, & prius non habuit cōceptum pulchri, niſi in communi. ergo conceptus ipſius iuſti, ideſt Dei includitur in conceptu iuſti in communi. ¶Dices non poteſt applicari ad iuſtum in cōi, niſi prius ſciat ipſum iuſtum.

Aug. 6. de trinit.

CONTRA, loqueris eum pulchrum, & non noſti eum prius, cum inuenis eum iuſtum, neſcis an inueniſti, niſi intelligeretur in iuſto in communi, ergo in iuſto in communi, includitur ipſum iuſtum. ¶ Ad rationes alias, quæ fiunt in oppoſitū, ſcilicet ꝙ ens ſit vniuocum, quia in omni genere eſt primū ſimpliciſſimum, ſed primū omniū eſt ens. ergo ſimpliciſſimū, & ſic vniuocum. ¶Solutio, primū obiectū intellectus poteſt dici primum prioritate adæquationis, vel communitatis. Alio modo prioritate generationis, vel aduerſionis, quo primo aduerto, vel prioritate virtutis in cuius ſ. virtute intelligo omnia. ſic eſſentia diuina eſt primum obiectū ſui intellectus, primo modo eſt ens communiſſimum obiectū, ſecundo eſt nūc vnū, nūc aliud, quod. ſ. vehementius immutat intellectum primo, primū obiectum virtute non habet viator, ſicut dicunt quidā. Sed hoc eſt falſum, quia habet ipſum eſſe, quod eſt Pelagus primū cauſalitate, ſcilicet Deus, qui prius intelligitur, quàm infinitę virtutis, quod patet prius, quia illud eſt aliud quodcunque, prius inquā naturaliter, & cauſaliter. Tūc dico prioritas virtutis, eſt prioritas ſimpliciter. aliæ vero prioritates ſunt prioritates ſm quid, iō ens nō eſt ſimpliciſſimū, ſed ens.

CONTRA hoc, probatio, quia creatura dicitur relatiue ad Deum. ergo non intelligitur, niſi Deus prius intelligatur, ſimiliter per creaturam intelligimus Deum, nec eum intelligimus niſi per creaturam, ergo non prius intelligitur Deus, quā creatura. ¶ Dico, non video colorem, niſi videndo lucem, & lux facit videre colorem, & lux eſt primum cauſalitate, tamen talis oculus poſſet eſſe, qui videret lucem in ſe, ſimiliter talis oculus mentalis poſſet eſſe, qui videret in ſe: ſicut enim color eſt cauſa ſecunda, quare video lucem, tā lux eſt cā prima, ſic intellectus &c. ¶Item arguo ſic, vnius potētiæ vnū eſt obiectum primum ſimpliciter. ¶Item omnis cōceptus indeterminatus, quando deſcēdit in inferiora, & eſt vnus in eis, eſt vniuocus, vt patet de animali. talis eſt conceptus entis, quia prædicatur de eis in quid.

DISPVTAT. XIII.

Vtrum voluntas naturaliter determinetur ad aliquid volendum.

VTRVM voluntas naturaliter determinetur ad aliqd volendū. ¶Quod ſic. Aug. 12. de tri.

trin.c.8. ad volendnm beatitudinē natura compellit. ¶Itē, potētia hēt naturalē habitudinē ad actū & obiectū, qa cadit in ſua diffinitione, & diffinitio indicat quid eſt eſſe rei. ſ. hēre naturalē habitudinē, & naturaliter determinari. ergo &c. ¶Itē q̄ conueniūt oībus, & vniformiter, cōueniunt ex ſuis principijs naturę. ſed velle beatitudinē cōuenit omnibus, & appetūt oēs beatitudinē. 1. Eth. ¶Itē mobile & contingens reducitur ad immobile & neceſſariū, ſicut notitia concluſionis cōtingentis ad notitiam principij neceſſario & immobiliter noti. ergo ſimiliter in voluntate. ¶Itē aīa eſt naturaliter capax beatitudinis, ſed nulla creatura capax alicuius boni caret naturali motu ad illud, aliter natura deficeret in neceſſariis. ¶Itē oē generans determinat generatū ad motū, quo conatur aliqñ coniungi cū generāte. ergo Deus creās determinat ſic volūtatē, vt conetur &c. ¶Itē ſpecialiter de Deo arguitur ſic. glorioſius hr̄ quod hr̄ neceſſitate naturę, quàm quod hr̄ aliter. ſed Deus vult ſe glorioſiſſime. ergo &c. ¶Item Dei voluntas eſt eius intellectus re & intentione, ſi igitur intellectus intelligit modo naturæ, voluntas vult modo naturæ.

CONTRA, principiū vt natura, dr̄ contra principium vt intellectus 2. Phy. ſed intellectus eſt natura, vt principiū. ergo &c. ¶Item voluntas nō fertur in ea, quæ ſunt ad finem, vt naturaliter determinata, ergo nec in finē. Probatio conſequentię, volūtas ſicut eſt cā lationis voluntatis in ea quæ ſunt ad finem, ita & ad finē: quia ſicut intellectus ſe habet ad principiū in ſpeculabilibus, ſic voluntas ad ſinē in moralibus. ¶Itē pars non mouet, niſi in virtute totius. ¶Item de trinitate. 13. cap. 5. propter beatitudinem appetunt oēs certa quæ appetunt. ¶Item ad principale qd̄ ineſt, naturaliter ineſt ſiue volumus, ſiue nolumus, ſed appetimus beatitudinem etiam ſi non vellemus ſm beatū Aug. ¶Item potentia quæ in ferendo magis agit̄ q̄ agat, non fertur libere, ſed potentialiter determinata ad obiectum eſt huiuſmodi. ergo &c. ¶Item intellectus diuinus eſſet æque liber, ſicut voluntas ſua. ¶Dr̄, ꝙ velle aliquando ſumitur pro quacunque determinatione in voluntate, ſiue innata, ſiue impreſſa nouiter ab obiecto. Alio modo pro actu elicito a voluntate. ¶Sed propter argumēta ſciēdum, ꝙ vno modo dicitur naturale, quod diſtinguitur contra violentū, ſecundo mō cōtra deliberationē, tertio mō contra aduenticiū, quarto mō cōtra ſpontaneū, ſiue vltroneum: primo mō, ſecūdo, & tertio, velle finem eſt naturæ, ſed quarto modo non, ſed liberum. Sed de iſto velle ſpontaneo, adhuc eſt diſtinguendum. ſ. ꝙ poteſt ſumi prolatione paſſiua ipſius voluntatis, vel actiua: ſi primo mō, hoc tripliciter, primo q̄tum ad determinationē voluntatis ad ipſum, & ſic pure eſt naturale. ¶Vel quātū ad exercitiū. & hoc quātū ad continuationē, & ſic eſt oīno liberū, & in ptāte voluntatis eſt continuare actum ſuū circa obiectū ¶Vel quantū ad inchoationē, cum non ſit in ptāte noſtra, quin viſis tāgamur, ſtante intellectu in actu ſuo; & ſic eſt naturalis. poteſt tamen

auertiſſe conſiderationem, & ꝑ tanto libere. Et intelligit, quod voco hic lationem paſſiuam, actum ſecundum conſequentem impreſſionem factam in voluntate, ſicut motus grauis in graue ſequitur formam grauis, velle tñ vbi eſt actio eſt omnino liberũ. & p hoc patet ad argumẽta. ¶ Sed vt expreſſius videatur circa dicta de habituali inclinatione, & actuali, quæ dicitur latio paſſiua, velle quod eſt inclinatio primo modo eſt omnino naturale. ſecundo modo quantum ad inclinationẽ, indirecte eſt liberum. Sed tunc quæritur vtrum libere fertur in finem, & cum hoc naturaliter, dico ꝙ ſic.

CONTRA, tũc duo actus eſſent in voluntate, qui habent oppoſitas conditiones, dico ꝙ verum eſt ꝙ ſunt duo velle, vnũ vt paſſio, & aliud vt actio. Exemplum, ſicut ſimul ſunt actus voluntatis & delectatio ſequens, quæ eſt quoddam velle. Quod libere fertur in finem. Probatio, quia delectabilius fertur quod ſpontanee fertur, quàm quod neceſſario, ſed voluntas delectabiliſſime fertur in finem. igitur &c.

DISPVTAT. XV.

Vtrum voluntas informata charitate poſsit non velle Deum viſum per eſſentiam in patria.

VTRVM voluntas in formata charitate poſſit non velle Deum viſum per eſſentiã in patria? ¶ Arguitur ꝙ ſic, quia idem principium actiuum eodem mõ ſe habens, non elicit actum modo neceſſario circa idem obiectũ, ſed voluntas cum charitate eſt agens huiuſmodi. ergo &c. ¶ Iuxta hoc quæritur vtrum beatus videns Deum, & amas eũ, poſſet nõ velle eũ, & ſic peccare, ꝙ ſic. quia in eo eſt potentia, qua peccari ſolet. ſ. voluntas, quæ eſt ad oppoſita, & eſt de nihilo potens deuiare. ergo. ¶ Item, poſſe peccare eſt laudabile, iõ nõ aufertur per ſtatum nobiliſſimum.

CONTRA 12. de ciuita. cap. 11. ¶ Item cur Deus homo. a c. 10. ¶ Item ſi quis videns Deũ per eſſentiam, non poteſt non velle, vt dictum eſt, magis vidẽs & valens non poteſt. ¶ Dicendũ, ꝙ non ſecundum ſanctos. Cauſa aſſignatur a quibuſdã ex parte Dei tantum. quia Deus vult, ꝙ angelus feratur continue ſicut modo fertur. vnde. 2. cõfeſ. & 12. de ciuit. c. vlt.

¶ Contra, ponatur ꝙ Deus dimittat angelum ſibijpſi ſub generali influentia. & ꝙ angelus haberet habitũ gloriæ, & videret Deũ p eſſentiã, angelus nõ poſſet peccare. nec eũ velle, nec aliquid ſibi proponere, nec eũ minꝰ velle. patet primũ. ergo. ¶ Alij dicũt ſecura ſcientia de non cadẽdo, qđ eſt de rõne illius ſtatꝰ.

¶ Cõtra, etſi non eſſet certitudo de eius rõne, adhuc pp eãdẽ rõnẽ, quæ prius non poſſet peccare ¶ Alij dicunt, charitas, q̃ eſt donum gratuitum, eſt ratio impeccabilis. Illud non valet qa tunc voluntas non eſſet libera. Charitas enim viæ, & patrię ſunt eiuſdẽ rõnis. & eadẽ quæ eſt in via, eſt in patria. quia nunquam excedit ſecundum Apoſtolum primæ ad Corin. 12. ergo ſequitur, ꝙ charitas immobilitabit voluntatẽ in via, ſicut in patria, Apoſtol. ad Co. 1

& ſic